

Relinquere ai  
cum fonte primo

Pudet dicere ita plerosque abrenunciassse  
conspicimus ut nichil amplius immutasse  
de interioribus uiciis ac moribus  
comprobentur nisi ordinem  
tantum atque habitum secularem.  
Nam et acquirere pecunias quas  
nec ante possederunt

quod famulos suos exinde uel  
fratres alere se debere iustum esse  
contendunt,

quibus profecto non proderit  
maiores opes ac substantias  
contempsisse qui affectus  
earum ad quos ille contempnende sunt,  
in res paruas atque exiguas transtulerunt.  
Nam uicium cupiditatis atque auaricie  
quod erga species preciosas exercere non  
possunt circa uiliores materias retinentes  
non abscidisse, sed commutasse se probant  
pristinam possessionem. Nam nimia  
deuicti diligentia  
erga psalterii amorem, sportelle, saccelli,  
codicis aliarum rerum similium  
quamuis uilissimarum, eadem tamen  
qua ante libidine detinent,

et ab aliis contrectatione defendunt  
que uniuersis fratribus debent esse  
communia.

Idem.

Denique, quod  
pudet dicere, ita plerosque abrenuntiasse  
conspicimus, ut nihil amplius inmutasse  
de anterioribus uitiis ac moribus  
comprobentur nisi ordinem  
tantummodo atque habitum saecularem.  
nam et acquirere pecunias gestiunt quas  
nec ante possederunt,  
uel certe quas habuerant retinere non  
desinunt aut, quod est lugubrius, etiam  
amplificare desiderant sub hoc praetextu,  
quod uel famulos suos exinde semper uel  
fratres alere se debere iustum esse  
contendant,  
uel certe sub obtentu congregandi coetus  
reseruant, quem uelut abbates institutere se  
posse praesumunt.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,  
4, 20, 1 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,  
p.115, ll.10-19).

quibus profecto non magne proderit  
maiores opes ac substantias  
contempsisse, quia affectus  
earum, ob quos illae contempnendae sunt,  
in res paruas atque exiguas transtulerunt.  
nam uitium cupiditatis et auaritia,  
quod erga species pretiosas exercere non  
possunt, circa uiliores materias retinentes  
non abscidisse, sed conmutasse se probant  
pristinam passionem. nam nimia  
deuicti diligentia  
erga curam psalterii, sportellae, sagelli,  
codicis aliarumque similium rerum  
quamuis uilissimarum eadem tamen  
qua antea libidine detinentur.  
quae etiam tanta aemulatione custodiunt  
atque defendunt, ut pro ipsis aduersus  
fratrem commoueri eos et quod est turpius  
etiam litigare non pudeat. in quibus adhuc  
aegritudine cupiditatis pristinae laborantes  
haec eadem, quae usus corporis possidere  
monachum uel necessitas cogit, secundum  
numerum mensuramque communem non  
sunt habere contenti, in hoc quoque sui  
cordis auaritiam designantes, cum uel ea  
quibus uti necesse est propensius student  
habere quam ceteri, uel excedentes  
diligentiae modum peculiarius ea  
adtentiusque custodiunt  
et ab aliorum contrectatione defendunt,  
quae uniuersis fratribus debent esse  
communia.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*,  
4, 21, 1-3 (CSEL 13, M. Petschenig ed.,  
p.117, ll.8-27).